



Universitätsbibliothek Paderborn

**Carminvm Iacobi Albani Ghibbesii, Poetae Lavreati
Caesarei, Pars Lyrica**

Gibbes, James Alban

Romae, 1668

Avctoris Vitae Epitomae, ex magno Opere Illustriss: Viri, D. Caroli Cartharii, Consistorialis Advocati, cui titulus, De Romano Athenaeo, decerpta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13378

um
is,
ibr.

AVCTORIS
VITAE EPITOME,
ex magno Opere Illustriss: Viri,
D. CAROLI CARTHARII,
Consistorialis Advocati ,
cui titulus, DE ROMANO ATHENAEO ,
decerpta .

IN Magnæ Britanniæ Insulâ , quam Angliam nunc cupant, primaria ciuitas eminet, quæ Troiæ nomen in suo natali sortita , Romanorumque Colonia effecta, à Lido siue Luddo Principe, eiusdem urbis restauratore, Londinum deinde dista est . Eo sub cœlo Guilielmus Ghibbesitus & Maria Stonora , ille Bristolius , hæc Oxoniensis , laudandi Scriptoris nostri progenitores , domicilium posuerunt : sed Iacobo Rege religionis causâ postmodum ablegante, patrum solum in Gallicum aliquando commutârunt . Anglum igitur origine, Gallum ortu **IACOBVM ALBANVM GHIBRESTVM** tibi exhibeo : qui demigratus in orbem, in sacro baptismatis latraco **IACOBI** nomine , **ALBANI** autem in sacro chrismate , ad honorem Angliæ protomartyris , appellatus est . Nono circiter anno à parentibus vocatus , iter in Angliam iniit, quò & ipsi ab exilio profecti , patriæ post annos vndecim restituti , paulò antè remeauerant . Hic quasi perpetuo peregrinandi studio **GHIBBESIVS** Ulyssem imitatus, velis equisque (vt aiunt) ad Sapientiam contendit . Belgio quippè, Hispaniâ , Germaniâ , nostraquæ Italia peragratiss , ijs in singulis vel ornatis

inuenes

A V C T O R I S

mentum literarum , vel clarorum illustriumq; viroru
amicitiam collegit, vel

----- mores multorum vidit, & urbes .

Romæ denique, in hac, inquam, luce orbis terrarum, at
què omnium gentium arce, tanquam ingenij theatro, vir
tutis & gloriae cursum cum pede, pedem cum mente (i
tamen poterat mentem) figendum sibi duxit . Vrbanu
Octauus , immortalis memorie Pontifex, regnabat ; cu
ius anno ultimo exeunte, GHBESIVS Vrbem aduenit,
ætatis annū agens vigesimū octauū: vbi perpetuò (decem
si exceperis supra unum annum menses, quibus à Franci
scō Mutinæ Duce ad Almerici filij eruditionem ingenti
mercede euocatus , Romā absfuit ; ob inualetudinem ta
men diutiūs, quin rediret, perseuerare non poterat) in
clientelâ & comitatu Bernardini Spadæ, purpurati Patris
ac literatorum amantissimi , usquè ad ipsius Cardinalis
obitum , familiarissimè vixit : quo defuncto , Iustiniani
Principis patrocinium expertus est , atquè experitur.
GHBESII dores animi eximias, ornamenta, & scientia
hīc recenserem, nisi Cardinalis ipsius calamus easdem ac
viuum expressisset in epistolâ ad Mutinæ Ducem transmis
sā , huic libello attexendā . Mutinam adiuit, sed ob ad
uersam, vt indicaui, yaletudinem ibi diū manere non va
lens, Romam redijt, quēm Dux nihilominus non impar
vel præconij gloriā, vel muneric, cumulauit reuertentem
Verūm regnantis ALEXANDRI VII. Summi Pontificis,
in bonas artes propensissimi, munificentiam expertus est
qui natus , defuncto Henrico Chifellio , magni nominis
viro, literas politiores in Ro: Sapientiæ Lycco per septem
lustra professo, GHBESIVS ad viduatum suggestum an
no 1657. euectus est . At quam egregiè munere sibi de
mandato perfungatur, Vrbs ipsa erudita loquitur , pluri
mae incessanter editæ lucubrationes comprobârunt, eden
dæquè plures attestabuntur . Viuit in orbis Regiâ , sta
turâ nequè procerâ nequè exiguae , corpore gracili , aspe
ctu nobili, incestu graui, colore albo, capillis flavis, ocu
lorum obiutu non lynceo, quinimò specillum præstò est
identidem ; totus in studijs , in laboribus rotus , ignotus
nemini

V I T A .

nemini. Pauca hæc de IAC. ALB. GHIBBESIO, tāquam
de singulari homine in cyclopediâ omnium scientiarum
ac doctrinarum versatissimo, perstrinxí, vberiori calamo
vitam eius alibi prosecutus. Vbi cùm omnes antè acce-
ptos honores virtutis ac literaturæ nomine copiosè de-
claraui, tūm luculentissima principum virorum præmia
Lyræ eiusdem ob excellente in re poëticâ facultatem
expressè posui, quodam veluti inter reges instituto gra-
tificationis & magnificentiæ certamine, delata. Sed for-
tunæ muneribus hoc loco. (vt breuitati consulam) præter-
missis, quæ in nostro *De Romano Athenæo* codice pleniū
legi possunt, illud solūm präclari ingenij honestamen-
tum veræ virtuti debitum expromam, LEOPOLDI Imper.
semper Aug. diplōma Romani ad eum cum torque au-
reо & numismate nouissimè missum; quo GHIRBESIVS
Laureatus Poëta Cæsareus vltò quidem, honorequè post
Petrarcham adhuc concessò nemini, fuit amplissimè pro-
nunciatus. Id quod optimè intellexit sapientissimus Prin-

cepis CLEMENS NONVS Pont. Max. peramans

vatis nostri & antiquis patronus, quippe cui
in præsentiam ad osculum sacri pedis ad-
misso tantæ rei gloriam (iam enim
innotuerat ei factum) singu-
laribus verbis haud est
postea deditnatus
perquām

humaniter gratulari. A cuius adeò ipsius animo
plusquam Cæsareo, in literatosquè omnes
supra fidem propensâ voluntate, nihil
ita amplum esse videtur arquè
magnum, quod präcipuo
quasi iure sperare ille
non possit.

